*De cuya venida habiendo llegado la noticia a la Grecia, i diciendose* que eran acometidos principalmente los Atenienses, 4 *por causa de la batalla de Maraton; enviaron* estos *a Délfos a consultar que harían en órden a sus cosas. A los que consultaban respondió la Pitia »que se fortificasen con murallas de madera.» No entendiendo ninguno que significaba esta respuesta, les persuadió Temístocles,* « que era el consejo de Apolo 5 *que se metiesen ellos con todas sus cosas en las naves: pues este* era *el muro de madera* que *se significaba por el dios.» Aprobado este consejo, añaden a las anteriores otras tantas naves triremes: i todas sus cosas que podian moverse las trasladan, unas a Salamina i otras a Trezene: entregan la fortaleza a los Sacerdotes i a algunos ancianos para el ejercicio de la religion, i abandonan lo demas de la ciudad.*

---

5. *Que lo que Apolo les aconsejaba era.*

## CAPUT III.

Hujus consílium plerísque civitátibus displicêbat, et in terra dimicári magis placêbat. Itaque missi sunt delécti cum Leonída Lacedaemoniôrum, rege, qui Thermópylas occupárent, longiúsque bárbaros prógredi non pateréntur. Hi vim hóstium non sustinuérunt, eóque loco omnes interiérunt. At classis commûnis Graeciae trecentârum návium, in qua ducéntae erant Atheniénsium, primùm apud Arthemísium inter Euboêam, continentémque terram cum classiáriis regis conflíxit. Angústias enim Themístocles quaerêbat, ne multitúdine circumirêtur. Hîc etsi pari praelio discésserant, tamen eódem loco non sunt ausi manêre: quòd erat perículum, ne, si pars návium adversariôrum Euboeam superásset, ancípiti premeréntur perículo.

---

1. *De Temístocles.*
2. *El estrecho de Termópilas.*
3. *Esta division conducida por Leonídas.*
4. *No pudieron resistir.*
5. *Sin conocerse ventaja ni por una ni por otra*

## CAPÍTULO III.

El consejo de este[1] desagradaba a las mas de las ciudades, i querian mas que se pelease en tierra. I asi fueron enviados con Leonidas, Rei de los Lacedemonios, soldados escogidos, para que tomasen a Termópilas,[2] i que no permitiesen que los bárbaros pasasen mas adelante. Estos[3] no sostubieron[4] el ínpetu de los enemigos; i murieron todos en aquel lugar. Mas la escuadra combinada de la Grecia, de trecientas naves, en la cual habia docientas de los Atenienses, peleó primeramente junto a Artemisio entre Eubea i el continente con los de la escuadra del Rei: porque Temístocles buscaba las estrechuras, para no ser cercado de la multitud. Aunque habian salido aqui con igual batalla[5] con todo no se atrevieron los Atenienses a permanecer en el mismo lugar: porque habia el riesgo que, si una parte de las naves de los contrarios daba buelta al rededor de la isla de Eubea,[6] se hallarian cercados

---

parte.

6. Doblaba el cabo de Eubea.

Quo factum est, ut ab Arthemísio discéderent, et exadvérsum Athénas apud Salamîna classem suam constitúerent.

## CAPUT IV.

At Xerxes Thermópylis expugnátis, prótinus accéssit Astu, idque nullis defendéntibus, interféctis sacerdótibus, quos in arce invénerat, incéndio delêvit. Cujus famâ pertérriti classiárii cùm manêre non audérent, et plúrimi hortaréntur, *ut domos suas quisque discéderent, moenibúsque se defénderent*; Themístocles unus réstitit, et *univérsos esse pares* ajêbat, *dispérsos* testabàtur *peritúros*; idque Eurybíadi regi Lacedaemoniôrum, qui tum summae impérii praéerat, fore affirmàbat. Quem cùm minùs, quàm vellet, movêret, noctu de servis suis, quem hábuit fidelíssimum, ad regem misit, ut ei nuntiàret suis verbis *ad-*

7. *Se verian entre dos peligros: acometidos por delante i por la espalda.*

1. *Habiendo forzado el paso de Termópilas.*

de dos peligros.7 *Por esto se retiraron de Artemisio, i colocaron su escuadra junto a Salamina enfrente de Atenas.*

## CAPÍTULO IV.

Mas *Gerjes* habiendo tomado a Termópilas,[1] *se acercó sin detencion a Atenas*; i no defendiéndola nadie, dió muerte a los Sacerdotes que habia encontrado en el alcazar, i la destruyó con el fuego.[2] *Con cuya noticia atemorizados los de la escuadra, no atreviendose a permanecer* allí, *i exortando los mas a que se retirasen cada cual a sus casas, i se defendiesen con las murallas, solo Temístocles se opuso, i decia que todos juntos* eran iguales,[3] pero *dispersos, les hacia saber que perecerían; i que esto sucederia* asi, *se lo aseguraba a Euribiades, Rei de los Lacedemonios que tenia entonces el mando supremo. A quien no pudiendole mover, como quisiera, envió una noche a uno de sus esclavos, el mas fiel que tuvo, al Rei; que le dijese de su par-*

---

2. *I no hallando en ella defensa, la redujo a cenizas habiendo pasado a cuchillo a los Sacerdotes que habia encontrado en la fortaleza.*

3. *Podian resistir al enemigo.*

*versários ejus in fuga esse: qui si discessíssent, majôre cum labôre, et longinquiôre témpore bellum confectûrum, cùm síngulos consectári cogerêtur. Quos si statim aggrederêtur, brevi univérsos oppressûrum.* Hoc eo valêbat, ut ingrátiis ad depugnándum omnes cogeréntur. Hac re audita, bárbarus nihil doli subésse credens, postrídie alieníssimo sibi loco, contrà opportunissimo hóstibus, ádeo angústo mari conflixit, ut ejus multitûdo návium explicâri non potúerit. Victus ergo est magis consílio Themístoclis, quàm armis Graeciae.

## CAPUT V.

Hic etsi malè rem gésserat, tamen tantas habêbat relíquias copiàrum, ut étiam cum his opprímere posset hostes. Interim ab eôdem gradu depúlsus est. Nam Themístocles verens, ne bellâre perseveràret, certiôrem eum fecit *id*

1. *De esta accion.*

*te: que sus contrarios trataban de huir, que si se retiraban concluiría la guerra con mas trabajo, i mas largo tienpo, viéndose precisado a atacarles separadamente: a los que si luego los acometia, en breve los venceria a todos juntos."* Esto se dirijía a obligarlos a todos a pelear, aunque fuese contra su voluntad. El Bárbaro luego que oyó esto, creyendo que no habia oculto ningun engaño, dió la batalla al dia siguiente en un sitio el mas incómodo para él, i al contrario ventajosísimo a sus enemigos, en un mar tan estrecho, que no se pudo esplayar la multitud de sus naves. I en fin, quedó vencido, mas por la astucia de Temístocles que por las armas de Grecia.

## CAPÍTULO V.

Aunque Gerjes habia salido mal aqui,[1] sin enbargo eran tantas las reliquias que tenia de sus tropas, que aun solo con estas podia destruir a sus enemigos. Entretanto se le hizo perder aquella buena situacion.[2] Porque recelándose Temístocles que continuase haciendo la guerra, » le avisó que se tra-

(2) En que se hallaba.

*agi ut pons, quem ille in Hellespónto fécerat, dissolverêrur, ac réditu in Asiam excluderêtur.* Idque ei persuâsit. Itaque quâ sex ménsibus iter fécerat, eâdem minùs diêbus trigínta in Asiam revérsus est; *seque à Themístocle non superâtum, sed conservâtum* judicâvit. Sic unîus viri prudéntiâ Graecia liberâta est, Europaeque succúbuit Asia. Haec áltera victória, quae cum Marathónio possit comparári trophaeo. Nam pari modo apud Salamîna parvo número návium máxima post hóminum memóriam classis est devícta.

## CAPUT VI.

Magnus hoc bello Themístocles fuit, nec minor in pace. Cùm enim Phaléreo portu neque magno, neque bono

---

2. *Con este motivo.*

3. *Creyendo que debia su conservacion a Temístocles, quando en realidad era vencido.*

*taba de cortar el puente que habia hecho en el Helesponto, i estorbarle la buelta al Asia."* *I esto ne lo persuadió.* I asi[2] *se volvió al Asia en menos de treinta dias por el mismo camino por donde habia venido en seis meses:* i creyó, no que habia sido vencido por Temístocles, sino que habia sido conservado.[3] *De este modo la prudencia de un honbre solo libertó la Grecia, i el Asia se rindió a la Europa. Esta es otra segunda victoria que puede conpararse con el trofeo de Maraton. Pues del mismo modo* que allí, *una escuadra la mayor* que se ha visto *desde que hai hombres,*[4] *fue vencida junto a Salamina por un pequeño número de naves.*

## CAPITULO VI.

Temístocles *fué grande en esta guerra, i no menor* en la paz.[1] *Pues usando los Atenienses del puerto Falereo,* que *ni* era ca-

---

4. *Post memoriam hominum*, es a la letra: *desde el tienpo de los honbres*, desde que enpezó a haber honbres. Tanbien se dice: *post homines natos.* Cic. pro Milon.

1. *En tienpo de paz.*

Atheniénses uteréntur, hujus consílio triplex Piraeei portus constitûtus est: ĩsque moenibus circúmdatus, ut ipsam urbem dignitâte aequiparâret, utilitâte superâret. Idémque muros Atheniénsium restítuit praecípuo perículo suo. Namque Lacedaemónii causam idóneam nacti propter barbarôrum excursiónes, quâ *negárent oportêre extra Peloponêsum ullam urbem habéri, ne essent loca munîta, quae hostes possidérent*, Atheniénses aedificántes prohibêre sunt conáti. Hoc longè álio spectâbat, atque vidéri volébant. Atheniénses enim duâbus victóriis, Marathónia et Salamínia, tantam glóriam apud omnes gentes erant consecúti, ut intellígerent Lacedaemónii, *de principátu sibi cum his certâmen fore.* Quare eos quàm infirmíssimos esse volébant.

Postquam autem audiérunt muros ínstrui, legátos Athénas misérunt, qui *id fíeri vetárent.* His praeséntibus desié-

---

2. *De Temístocles.*
3. De los muros.

*paz ni bueno, por consejo* de este [2] *se construyó el puerto* de-tres-muelles *del Pireeo, i se rodeó de murallas*, de-modo-*que igualaba en hermosura a la misma ciudad, i la aventajaba en la utilidad. Tanbien reedificó los muros de Aténas con especial riesgo suyo: pues los Lacedemonios, hallando un pretesto especioso, por las correrias de los Bárbaros, para decir que no convenia que hubiese ciudad alguna fuera del Peloponeso; para que no hubiese lugares fortificados que poseyesen los enemigos, intentaron estorbar a los Atenienses, que continuasen la obra.* [3] Mas-*esto tenia otra mira mui diversa de lo que querian que pareciese. Porque los Atenienses con las dos victorias, la de Salamina y la de Maraton, habian conseguido tanta gloria entre todas las naciones, que estaban en la inteligencia los Lacedemonios que habrian de tener altercaciones con ellos sobre la superioridad; por lo que querian que fuesen mui débiles.*

*I luego que oyeron decir que se edificaban los muros, enviaron diputados a Aténas, que estorbasen* se hiciese esto. [4] *Mien-*

---

4. *La obra.*

runt, *ac se de ea re legátos ad eos missûros* dixérunt. Hanc legatiônem suscêpit Themistocles, et solus primò proféctus est. *Réliqui legáti, ut tum exírent, cùm satis altitûdo muri exstrúcta viderêtur*, praecêpit. *Interim omnes servi, atque líberi opus fácerernt, neque ulli loco párcerent, sive sacer esset, sive profânus, sive privâtus, sive públicus: et úndique quod idóneum ad muniéndum putárent, congérerent.* Quo factum est, ut Atheniénsium muri ex sacéllis, sepulcrísque constárent.

## CAPUT VII.

Themístocles autem, ut Lacedaémonem venit, adîre ad Magistrátus nóluit, et dedit óperam, ut quám longíssimè tempus dúceret: causam interpónens, *se collégas expectâre.* Cùm Lacedaemónii quereréntur, *opus nihilóminus fíeri, eúmque ea re conari fállere*, ínterim re-

---

5. *Suspendieron la obra los Atenienses.*
6. *Edificio.*

*tras estos estubieron presentes, dejaron-de-*trabajar; 5 *i dijeron que les enviarian enbajadores sobre aquel particular. Temístocles tomó-a-su-cargo esta enbajada, i partió él solo primero, i mandó que los demas enbajadores saliesen, quando pareciese, que los muros estaban ya a una suficiente altura: entretanto trabajasen todos los esclavos, i los libres, i no perdonasen ningun* lugar 6 *ya fuese sagrado, ya profano, o bien particular, o bien público; i que juntasen de todas partes lo que juzgasen a propósito para la fortificacion. Por esto los muros de Aténas se construyeron* de hermitas i sepulcros. 7

## CAPITULO VII.

*Mas Temístocles, luego que llegó a Lacedemonia, no quiso presentarse a los Magistrados, i procuró irlo dilatando lo mas que pudo, dando por escusa que estaba esperando a sus conpañeros. Quejándose los Lacedemonios que la obra se continuaba no obstante; i que con este pretesto intentaba él*

---

7. *Con los materiales de las hermitas i sepulcros.*

liqui legáti sunt consecúti: á quibus cùm audísset, non multum superésse munitiônis,[1] ad Éphoros Lacedaemoniòrum accéssit; penes quos summum impérium erat: atque apud eos conténdit, *falsa his esse delâta: quare aequum esse, illos viros bonos nobilésque míttere, quibus fides haberêtur, qui rem explorárent: intérea se óbsidem retinérent.* Gestus est ei mos, tresque legáti, functi summis honóribus, Athénas missi sunt. Cum his collégas suos Themistocles jussit profiscísci: eísque praedíxit, *ut ne priùs Lacedaemoniòrum legátos dimítterent, quàm ipse esset remíssus.*

Hos postquam Athénas pervenísse ratus est, ad Magistrâtum, Senatúmque Lacedaemoniòrum ádiit, et apud eos libérrimè proféssus est: *Atheniénses suo consílio, quod commúni jure géntium fácere possent, Deos públicos, suósque pátrios ac penátes, quò facíliùs ab hoste*

1. *Que la obra de los muros estaba ya casi concluida.*

*engañarlos ; entretanto llegaron los demas enbajadores. Por los cuales habiendo sabido* que no faltaba mucho de la fortificacion, [1] *se acercó á los Éforos de los Lacedemonios, en quienes estaba la autoridad suprema; i les aseguró que era falso lo que les habian contado ; i asi que era justo que enviasen sugetos de distincion i probidad, a quienes se pudiese dar crédito, para que averiguasen la cosa : i entretanto lo detubiesen á él en rehen. Se accedió a su propuesta, i enviaron a Aténas tres enbajadores, que habian obtenidos los principales enpleos. Temístocles mandó á sus conpañeros que partiesen con estos, i les previno que no dejasen volver a los legados de los Lacedemonios, hasta que él* hubiese sido remitido. [2]

*Cuando le pareció que estos habrian llegado ya a Aténas, se presentó al Magistrado i Senado de los Lacedemonios , i confesó claramente delante de ellos con la mayor libertad : » Que los Atenienses por su consejo, lo que podian hacer por el comun derecho de gentes, habian cercado con murallas a los Dioses públicos, i a los suyos patrios y pe-*

---

2. *Hubiese vuelto a Aténas.*

*possent defèndere, muris sepsísse: neque eo, quod inútile esset Graeciae, fecísse. Nam illôrum urbem, ut propugnáculum, oppósitam esse bárbaris, apud quam jam bis classem régiam fecísse naufrágium. Lacedaemónios autem malè et injústè fácere, qui id pótiùs intueréntur, quod ipsôrum dominatióni, quam quod univérsae Graeciae útile esset. Quare si suos legátos recípere vellent, quos Athénas míserant, se remítterent: áliter illos numquam in pátriam essent receptúri.*

## CAPUT VIII.

Tamen non effûgit cívium suôrum invídiam: namque ob eúmdem timôrem, quo damnâtus erat Miltíades, testulârum suffrágiis e civitáte ejéctus, Argos habitâtum concéssit. Hîc cùm propter multas ejus virtútes magna cum dignitâte víveret, Lacedaemónii legátos Athénas misérunt, qui eum abséntem accu-

1. *Útil.*
2. *Habia sido destruida.*

*nates, para poder defenderlos mas fácilmente del enemigo : y que en esto habian hecho una cosa* no inútil [1] *a la Grecia; pues su ciudad estaba opuesta a los Bárbaros, como un baluarte, junto a la cual ya dos veces* habia padecido naufragio [2] *la escuadra del Rey : que los Lacedemonios obraban mal e injustamente, atendiendo mas bien a lo que era útil a su dominacion que* al bien *de toda la Grecia. Por lo cual si querian recobrar a sus enbajadores, que habian enviado a Aténas, lo remitiesen a él* : pues *de lo contrario nunca* los recibirian en su patria." [3]

## CAPITULO VIII.

*Con todo no se libró del odio de sus ciudadanos. Porque por el mismo temor, por que habia sido condenado Milcíades, arrojado de la ciudad* por los votos de las tejillas, [4] *se retiró a vivir a Árgos. Aquí, viviendo con grande estimacion, por sus muchas virtudes, enviaron los Lacedemonios enbajadores a Aténas que le acusasen, ausente, de haber hecho*

3. *Los volverian a ver en su patria.*
4. *Por el ostracismo.*

sárent, *quòd societâtem cum Rege Persârum ad Graéciam oppriméndam fecísset.* Hoc crímine absens proditiônis est damnâtus. Id ut audîvit, quòd non satis tutum se Argis vidêbat, Córcyram demigrâvit. Ibi cùm ejus príncipes civitâtis animadvertísset timêre, ne propter se bellum his Lacedaemónii, et Atheniénses indícerent, ad Admêtum Molossôrum Regem, cum quo ei hospítium fúerat, confûgit. Huc cùm venísset, et in praeséntia Rex abésset, quo majôre religiône se recéptum tuerêtur, fíliam ejus párvulam arrípuit, et cum ea se in sacrárium, quod summa colebâtur cerimóniâ, conjécit. Inde non priùs egréssus est, quàm Rex eum data dextrâ in fidem recíperet, quam praéstitit.

Nam cùm ab Atheniénsibus, et Lacedaemóniis exposcerêtur públicè, súpplicem non pródidit; monuítque, *ut consúleret sibi: diffícile enim esse, in tam propínquo loco tutò eum versári.* Itaque Pydnam eum dedúci jússit, et quod sa-

---

5. *Á la corte de este Rey.*

*liga con el Rey de Persia, para subyugar la Grecia. En fuerza de esta acusacion fué condenado, en ausencia, de traidor. Luego que oyó esto, pareciéndole que no estaba mui seguro en Árgos, se fué a vivir a Córcira. I advirtiendo allí que los principales* sujetos *de aquella ciudad temian que les declarasen guerra por su causa los Lacedemonios i Atenienses, se acogió a Admeto, Rey de los Molosos, con quien tenia tratado de hospitalidad. Habiendo llegado* aquí 5, *i estando entónces el Rey ausente, para que recibido le defendiese con mayor religiosidad, asió a una hija suya pequeñita, i se entró con ella en el Sagrario, que se veneraba con gran ceremonia. De aquí no salió hasta que el Rey, dándole la mano derecha, le recibió bajo su proteccion, que le cunplió.*

*Pues siendo reclamado a nonbre del público por los Atenienses i los Lacedemonios, no entregó al refugiado; i le avisó que* mirase por sí [6]. *Pues era dificil que estubiese seguro en lugar tan inmediato. I mandó que le condujesen a Pidna; i* le dió la escolta

---

6. *Que procurase ponerse en salvo.*

tis esset praesídii dedit. Hac re audíta, hic in navem ómnibus ignôtus nautis ascéndit. Quae cùm tempestâte máxima Naxum ferrêtur, ubi tum Atheniénsium erat exércitus, sensit Themístocles, si eò pervenísset, sibi esse pereúndum. Hac necessitâte coáctus, dómino navis, qui sit, áperit, multa póllicens, si se conservâsset. At ille claríssimi viri captus misericórdia, diem noctémque procul ab ínsula in salo navem ténuit in áncoris, neque quemquam ex ea exîre passus est. Inde Éphesum pervênit, ibîque Themístoclem expônit: cui ille pro méritis grátiam póstea rétulit.

## CAPUT IX.

Scio plerósque ita scripsísse Themístoclem, Xerxe regnánte, in Asiam transiísse. Sed ego potíssimm Thucydidi credo, quòd aetâte próximus erat, qui illôrum témporum históriam reliquérunt,

7. *Dándole para su seguridad la escolta suficiente.*

suficiente 7. *Temístocles, oido esto, se enbarcó, sin que ninguno de los marineros le conociese. I como la enbarcacion fuese llevada de una grande borrasca a* la isla de *Naxos, en donde estaba entónces el ejército de los Atenienses, conoció Temístocles, que si llegaba allá, pereceria. Obligado de esta necesidad, descubre* al dueño de la nave [8], *quién era*, ofreciéndole muchas cosas 9, *si le salvaba. I él conpadecido de un varon tan esclarecido, tubo anclada la nave un dia i una noche en el mar léjos de la isla, i no permitió que saliese ninguno de ella. De allí llegó a Éfeso, en donde desenbarcó a Temístocles, quien despues le correspondió agradecido, como lo merecia.*

## CAPITULO IX.

*Sé que los mas han escrito que Temístocles pasó al Asia, reinando Jerjes. Pero yo doi mas crédito a Tucídides, por ser el mas inmediato en la edad a los que dejaron* escrita *la historia de aquellos tienpos, i haber sido de*

---

8. *Al patron de la nave.*
9. *Haciéndole muchas ofertas.*

et ejúsdem civitâtis fuit. Is autem ait, ad Artaxérxem eum venísse, atque his verbis epístolam misísse: *Themístocles veni ad te, qui plúrima mala ómnium Grajôrum in domum tuam íntuli, cùm mihi necésse fuit advérsùm patrem tuum bellâre, patriámque meam defféndere. Idem multò plura bona feci, postquam in tuto ipse, et ille in perículo esse coepit. Nam cùm in Asiam revérti vellet, praelio apud Salamína facto, líteris eum certiôrem feci, id agi, ut pons, quem in Hellespónto fécerat, dissolverêtur, atque ab hóstibus circumirêtur. Quo núntio ille perículo est liberâtus. Nunc autem ad te cónfúgi, exagitâtus a cuncta Graecia, tuam petens amicítiam: quam si ero adéptus, non minùs me bonum amîcum habêbis, quàm fortem inimîcum ille expértus est. Ea autem rogo, ut de his rebus, de quibus tecum loqui volo, annum mihi témporis des, eôque transácto, me ad te venîre patiâris.*

*lamisma ciudad. Este* pues *dice, que Temístocles fué a la corte de Jerjes, y que le envió una carta en estos términos." Yo, Temístocles, he llegado a tu corte : el que he hecho mas daños que todos los Griegos a tu reino, cuando me fué preciso hacer guerra a tu padre; i defender mi patria. Pero tanbien* he hecho muchos mas buenos servicios [1], *despues que enpezé yo a estar en seguro, i él en peligro. Pues queriendo volver al Asia, dada la batalla junto a Salamina, le avisé por una carta, que se trataba de deshacer el puente, que habia construido en el Helesponto, i que le cercasen los enemigos. Con cuyo aviso se libró él del peligro. I ahora me he acogido a tí, acosado por toda la Grecia, solicitando tu amistad: la que si consiguiere, me tendrás por un amigo, no menos bueno, que él me esperimentó fuerte enemigo.* I esto te pido [2]; *que para tratar de aquellas cosas, sobre que quiero hablar contigo, me des un año de tiempo; i que pasado este, me permitas que pase a verte.*

---

1. *Pero tanbien son muchos mas los buenos servicios que he hecho.*

2. *Lo que te pido es.*

## CAPUT X.

Hujus Rex ánimi magnitúdinem admírans, cupiénsque talem virum sibi conciliári, véniam dedit. Ille omne illud tempus líteris sermoníque Persârum dedit: quibus ádeo erudîtus est, ut multò commódiùs dicâtur apud Regem verba fecísse, quàm hi póterant, qui in Pérside erant nati. Hîc cùm multa Regi esset pollícitus, gratissimúmque illud, *si suis uti consíliis vellet*; *illum Graeciam bello oppressûrum*, magnis munéribus ab Artaxérxe donâtus, in Asiam rédiit, domiciliúmque Magnésiae sibi constítuit: namque hanc urbem ei Rex donârat, his usus verbis: *quae ei panem praebêret*: ex qua regiône quinquagínta ei talénta quotánnis redibant: Lámpsacum autem, *unde vinum súmeret*: Myúntem, *ex qua obsónium habêret*.

---

1. *En esta conferencia.*
2. *Seguir sus consejos.*
3. *Diciéndole, que se la daba.*

## CAPITULO X.

*El Rei, admirado de la grandeza de ánimo de Temístocles; i deseando ganarse un honbre como este, le concedió lo que le pedia. Temístocles enpleó todo aquel tienpo en aprender á escribir i hablar la lengua de los Persas: en las cuales cosas quedó tan instruido, que se dice que habló delante del Rei con mas desenbarazo que podian* haberlo hecho, *los que habian nacido en la Persia.* Aquí [1] *habiendo hecho muchas ofertas al Rei, i lo que le fué de mas agrado » que si queria* usar de sus consejos [2], *él sujetaria la Grecia con guerra," premiado con grandes dones por Artajerjes, volvió al Asia, i estableció su domicilio en Magnesia, pues el Rei le habia dado esta ciudad,* usando de estas palabras [3]: » *para que le diese el pan." De la cual region le redituaban cincuenta talentos cada año: á Lámsaco;* » de donde tomase el vino" [4] *i a Miunte* » de la cual tubiese la comida" [5].

4. *Para el vino.*
5. *Para el plato.*

Hujus ad nostram memóriam monuménta mansérunt duo: sepúlcrum prope óppidum, in quo est sepúltus; státuae in foro Magnésiae. De cujus morte multímodis apud pleróqsque scriptum est: sed nos eúmdem potíssimùm *Thucydidem* auctôrem probâmus: qui *illum* ait *Magnésiae morbo mórtuum*; neque negat *fuísse famam*, *venênum sua sponte sumsísse, cùm se, quae Regi de Graécia oppriménda pollícitus esset, praestáre posse desperáret*. Idem *ossa ejus clàm in Attica ab amícis esse sepúlta, quoniam légibus non concederêtur, quòd proditiônis esset damnâtus*, memóriae pródidit.

# ARISTIDES.

## CAPUT I.

Aristídes, Lisímachi fílius, Atheniénsis, aequâlis ferè fuit Themístocli. Itaque cum eo de principátu conténdit: namque obtrectárunt inter se. In his autem

*6. Los autores, que han escrito de Temístocles, no convienen en órden a su muerte.*

*De Temístocles permanecen hasta nuestro tienpo dos memorias. El sepulcro, en que fué enterrado, junto a la ciudad :* i unas *estatuas en la plaza de Magnesia.* De su muerte se ha escrito de varios modos por los escritores[6]; *»pero yo doi mas crédito al mismo Tucídides, que dice, que murió de enfermedad en Magnesia ; i no niega, que corrió la voz, que habia tomado veneno de su voluntad, desconfiando de poder cunplir lo que habia prometido al Rei sobre la conquista de la Grecia. El mismo Tucídides escribe, que sus huesos fuéron sepultados en la Ática por sus amigos ocultamente ; por prohibirlo las leyes, por haber sido condenado por traidor.»*

# ARISTIDES.

## CAPITULO I.

*Aristídes, hijo de Lisímaco, fué casi de la misma edad de Temístocles : i asi tubo contiendas con él sobre la superioridad :* pues se desacreditaron uno a otro [1]. En estos [2]

1. *Tirándose a la estimacion uno a otro.*
2. *En la reyerta que estos tubieron.*

cógnitum est, quanto antistâret eloquéntia innocéntiae. Quamquàm enim ádeo excellêbat Aristídes abstinéntiâ, ut unus post hóminum memóriam, quod quidem nos audiérimus, cognómine *Justus* sit appellâtus, tamen à Themístocle collabefáctus téstulâ illâ, exílio decem annôrum multâtus est. Qui quidem cùm intellígeret réprimi concitâtam multitúdinem non posse, cedénsque animadvérteret quemdam scribéntem, ut pátriâ pellerêtur, quaesísse ab eo dícitur, *quare id fáceret, aut quid Aristídes commísisset, cur tantâ poenâ dignus ducerêtur?* Cui ille respóndit: *se ignorâre Aristídem; sed sibi non placêre, quòd tam cúpidè elaborásset, ut praeter céteros Justus appellarêtur.* Hic decem annôrum legítimam poenam non pértulit. Nam postquam Xerxes in Graéciam descéndit, sexto ferè anno quàm erat expúlsus, plebiscíto in pátriam restitûtus est.

---

3. *Era un honbre tan justificado por su buena conducta.*

*se vió claramente cuanto aventaja la elocuencia á la inocencia!* *Porquè, aunque Arístídes* sobresalia tanto por su buena conducta, [3] *que es el único, desde que hai honbres, á* lo menos *que yo sepa, a quien se le haya dado el sobrenonbre de JUSTO; con todo derribado por Temístocles* por medio de la tejilla [4], *salió desterrado por diez años. El cual conociendo que es inposible contener a un pueblo alborotado; i advirtiendo, al retirarse, que uno estaba escribiendo, para que le echasen de la patria, se dice que le preguntó „ por qué hacia aquello; o qué habia cometido Arístídes, para que le juzgase digno de un castigo tan grande.” A quien le respondió él: „ que él no conocia a Arístídes; pero que no le agradaba que hubiese procurado con tanto anhelo que le llamasen „ el Justo” con preferencia de los demas.* Este *no cunplió la pena de los diez años; pues fué restituido á la patria por un decreto del pueblo, como a los seis años despues de haber sido desterrado.*

---

*4. Mediante el juicio del ostracismo.*

## CAPUT II.

Intérfuit autem pugnae navâli apud Salamîna, quae facta est priùs,[1] quàm poena liberarêtur. Idem praetor fuit Atheniénsium apud Plataéas in praélio, quo Mardónius fusus, barbarorúmque exércitus est interféctus. Neque aliud est ullum hujus in re militári illústre factum, quàm hujus impérii memória; justítiae verò, et aequitâtis, et innocéntiae multa. In primis, quod ejus aequitâte factum est, cum in commúni classe esset Graéciae simul cum Pausánia, quo duce, Mardónius erat fugâtus, ut summa impérii marítimi ab Lacedaemóniis transferrêtur ad Atheniénses.[2] Namque ante id tempus et mari et terrâ duces erant Lacedaemónii. Tum autem et intemperántiâ Pausániae, et justítia factum est Aristídis, ut omnes ferè civitâtes Graéciae ad Atheniénsium

1. *Antes de haberse cunplido el tienpo de su destierro.* Esto es: los diez años que señalaba la ley.
2. *Mandó tanbien las tropas de los Atenienses.*

## CAPITULO II.

*Se halló presente en la batalla naval junto a Salamina, que se dió* antes de haberse librado del destierro [1]. El mismo fué general de los Atenienses [2], *en la batalla, en que fué derrotado Mardonio, i pasado a cuchillo el ejército de los bárbaros. I no hai algun otro hecho ilustre* de este [3] *en la milicia, sino solo la memoria de este mando: pero sí* hai *muchos de* su *justicia, de* su *equidad, i de* su *inocencia. Principalmente lo que* sucedió por su equidad [4], *estando en la escuadra conbinada de la Grecia juntamente con Pausanias, bajo cuyo mando habia sido puesto en fuga Mardonio; el haber pasado de los Lacedemonios a los Atenienses el mando supremo en el mar. Pues hasta aquel tienpo habian sido los Lacedemonios los que mandaban tanto por mar como por tierra. Pero entónces por una parte el desarreglo de Pausanias, i por otra la justificacion de Aristídes, fuéron causa de que casi todas las ciudades de*

---

3. *De Aristídes.*
4. *Se debió a su equidad.*

societâtem se applicárent, et advérsus bárbaros hos duces delígerent sibi, quò facíliùs repéllerent, si fortè bellum renovâre conaréntur.

## CAPUT III.

Ad classes aedificándas, exercitúsque comparándos, quantum pecúniae quaeque cívitas daret, Aristídes deléctus est, qui constitúeret. Ejus arbítrio quadringénta, et sexagínta talénta quotánnis Delum sunt collâta. Id enim commúne aerárium esse voluérunt. Quae omnis pecúnia póstero témpore Athénas translâta est. Hic quà fúerit abstinéntiâ, nullum est cértius indícium, quàm quòd, cùm tantis rebus praefuísset, in tanta paupertâte decéssit, ut, qui efferrêtur, vix relíquerit. Quo factum est, ut fíliae ejus públicè aleréntur, et de commúni aerário dótibus datis collocaréntur. Decéssit autem ferè post annum quartum, quàm Themístocles Athénis erat expúlsus.

*la Grecia hiciesen alianza con los Atenienses, i los eligiesen á estos por sus Generales contra los Bárbaros, para rechazarlos mas fácilmente, si acaso intentaban renovar la guerra.*

## CAPITULO III.

*Nonbraron a Aristídes para que señalase cuánto dinero daria cada ciudad, para construir escuadras, i levantar ejércitos. Por su disposicion se llevaron a Délos cuatrocientos i sesenta talentos cada año: pues quisieron que fuese este el erario comun. Todo el cual dinero fué trasladado despues a Aténas.* De cuánto desinteres fué este,[1] *no hai señal mas cierta, que el haber muerto en tanta pobreza, habiendo manejado negocios de tanto interes, que apénas dejó con que le enterrasen. Por cuya causa sus hijas se mantubieron a espensas del pueblo, i se pusieron en estado, habiéndoseles dado las dotes del erario comun. I murió casi a los cuatro años de haber sido desterrado Temístocles de Aténas.*

---

1. *Del grande desinteres de Aristídes.*

# PAUSANIAS.

## CAPUT I.

Pausánias Lacedaemónius, magnus homo, sed várius in omni génere vitae fuit. Nam ut virtútibus elúxit, sic vítiis est óbrutus. Hujus illustríssimum est praélium apud Plataéas. Namque, illo duce, Mardónius Sátrapes régius, natiône Medus, Regis gener, in primis ómnium Persârum et manu fortis, et consílii plenus, cum ducéntis míllibus péditum, quos virîtim légerat, et vigínti míllibus équitum, haud ita magnâ manu Graéciâ fugâtus est, eôque ipse dux cécidit praélio. Quâ victóriâ elâtus, plúrima miscêre coepit, et majôra concupíscere. Sed primùm in eo est reprehénsus, quòd ex praeda trípodem áureum Delphis posuísset, epigrámmate inscrípto, in quo erat haec senténtia:

---

1. *Pero inconstante en su conducta de vida.*

# *PAUSANIAS.*

## CAPITULO I.

*Pausanias Lacedemonio fué un honbre grande*; pero vario en todo género de vida [1]. *Pues así como brilló por sus virtudes, del mismo modo fué obscurecido por sus vicios. Es mui célebre su batalla junto a Plateas. Pues mandando él las tropas, Mardonio, Sátrapa Real, Medo de Nacion, i yerno del Rei, el mas esforzado i hábil de todos los Persas, con doscientos mil infantes que habia escogido uno por uno, i veinte mil caballos, fué auyentado de la Grecia por un ejército, no tan grande, i murió en aquella batalla el mismo General. Con la cual victoria ensoberbecido enpezó a maquinar muchas cosas, i a aspirar a cosas mayores. Pero lo primero que se le desaprobó fué el haber puesto* en Délfos [2], *un trípode de oro del botin, grabada en él una inscripcion, en que habia esta sentencia:*

---

2. *En el templo de Apolo de Délfos.*

*Suo ductu Bárbaros apud Plataéas esse delétos,*
*Ejúsque victóriae ergò Apóllini donum dedísse.*

Hos versus Lacedaemónii exculpsérunt, neque áliud scripsérunt, quàm nómina eârum civitâtum, quarum auxílio Persae erant victi.

## CAPUT II.

Post id praélium eúmdem Pausániam cum classe commúni Cyprum, atque Hellespóntum misérunt, ut ex his regiónibus barbarôrum praesídia depélleret. Pari felicitâte in ea re usus, elátiùs se gérere coepit, majorésque appétere res. Nam, cùm Byzántio expugnáto, cepísset complúres Persârum nóbiles, atque in his nonnúllos Regis propínquos, hos clam Xerxi remîsit, símulans ex vínculis públicis effugísse, et

* Son efectivamente dos versos: un exámetro i un pentámetro; que se hallan en Tucídides *lib.* 5. i son estos:

*Helleénoon archeegòs, epeì stratòn oólese Meédoon,*
*Pausanías, Phoíboo mneêm' anéthecke tóde.*

" Que bajo su mando habian sidó batidos los Bárbaros junto a Plateas : i que con motivo de esta victoria habia hecho aquel presente a Apolo."

*Los Lacedemonios rayeron estos versos,* i no escribieron otra cosa, sino los nonbres de aquellas ciudades, con cuyo auxilio habian sido vencidos los Persas.*

## CAPITULO II.

*Despues de esta batalla enviaron al mismo Pausanias con la escuadra conbinada a Chipre i al Helesponto, para que arrojase de aquellas regiones las guarniciones de los Bárbaros. Habiendo tenido la misma felicidad en esta enpresa, enpezó a portarse con mas orgullo, i a aspirar a cosas mayores. Pues como, tomada Bizancio, hubiese hecho prisioneros a muchos* sujetos *principales de los Persas, i entre ellos algunos deudos del Rei, los envió a Jerjes ocultamente, aparentando que se ha-*

---

*Que traducidos al castellano palabra por palabra, dicen :*

Pausanias, general de los Griegos, habiendo batido el ejército de los Medos ( *o Persas* ) dedicó esta memoria a Febo ( *Apolo.* )

cum his Góngylum Eretriénsem, qui líteras Regi rédderet, in quibus haec fuísse scripta, Thucydides memóriae pródidit: *Pausánias dux Spartae, quos Byzántii céperat, postquàm propínquos tuos cognôvit, tibi múneri misit; seque tecum affinitâte conjúngi cupit. Quare, si tibi vidêtur, des ei fíliam tuam nuptum. Id si féceris, et Spartam, et céteram Graéciam sub tuam potestâtem se, adjuvánte te, redactûrum pollicêtur. His de rebus si quid geri volúeris, certum hóminem ad eum mittas face, cum quo colloquâtur.*

Rex tot hóminum salûte, tam sibi necessariôrum, magnópere gavîsus, conféstim cum epístola Artabâzum ad Pausániam mittit. In qua eum collaudat, ac petit, *ne cui rei parcat ad ea perficiénda, quae pollicêtur. Si fécerit, nullîus rei à se repúlsam latûrum.* Hujus Pausánias voluntâte cógnita, alácrior ad rem geréndam factus, in suspiciônem cécidit Lacedae-

*bian huido de la cárcel pública* : *i con estos* envió tanbien *a Gonjilio Eretriense para que le entregase al Rei una carta*, en la cual, refiere Tucídides, que iban escritas estas cosas: [1] ,,*Pausánias General de Esparta, habiendo llegado a entender ser parientes tuyos los que habia hecho prisioneros en Bizancio, te los envia graciosamente, i desea enparentar contigo. Así, si te parece*, te pide que *le des en matrimonio a tu hija. Si esto lo hicieres, te promete poner bajo tu obediencia, ayudándole tú, a Esparta i lo demas de la Grecia. I si quieres, que se trate algo sobre este particular, procura enviarle algun sujeto de confianza, con quien hable.*"

*El Rei, mui alegre por la libertad de tantos honbres, i tan allegados suyos, envió inmediatamente a Artabazo con una carta para Pausánias. En la cual le alaba, i le pide ,,que no omita diligencia alguna para llevar al cabo lo que le promete : que si así lo hace, nada le negará de cuanto le pida." Pausánias, conocida la voluntad del Rei, estimulado mas para poner en ejecucion la cosa, se hizo sospe-*

---

1. *Cuyo contenido, segun escribe Tucídides, era este.*

moniôrum. In quo facto domum revocâtus, accusâtus cápitis, absólvitur; multâtur tamen pecúniâ. Quam ob causam ad classem remíssus non est.

## CAPUT III.

At ille pòst non multò suâ sponte ad exércitum rédiit, et ibi non cállidâ, sed deménti ratiône, cogitâta patefècit. Non enim mores pátrios solùm, sed étiam cultum, vestitúmque mutâvit. Apparátu régio utebàtur, veste Médica: satéllites Medi, et Ægyptii sequebántur: epulabâtur more Persârum luxuriósiùs, quàm qui áderant, pérpeti possent: áditum peténtibus conveniéndi non dabat: supérbè respondêbat, et crudéliter imperâbat: Spartam redîre nolêbat. Golónas, qui locus in agro Tróade est, se contúlerat: ubi consília cùm pátriae, tum sibi inimîca capièbat.

Id postquàm Lacedaemónii rescivérunt, legatos ad eum cum scytala miserunt, in qua

2. *Llamado a la ciudad.*

*choso a los Lacedemonios: En esto* llamado a su casa, [2] *i* acusado de pena capital, [3] *fué absuelto; pero se le multó en dinero. Por este motivo no le volvieron a enviar al ejército.*

## CAPITULO III.

*Pero él de su motu propio volvió al ejército no mucho despues, i allí con su conducta, nada reservada, sino como de un loco, manifestó sus designios. Porque no solo mudó las costunbres de su patria, sino aun el trato i vestido. Tenia un tren de Rei, i vestia al uso de los Medos: le seguian guardias Medos i Egipcios: comia, segun costunbre de los Persas, con tanto lujo, que no podian sufrirlo los que estaban a su lado: no daba entrada para hablarle a los que la pedian: respondia con altanería, i mandaba con crueldad. No queria volver a Esparta. I se habia retirado a Golónas, que es un pueblo en el territorio de Tróade, en donde tomaba medidas dañosas tanto a su patria como a él.*

*Despues que supieron esto los Lacedemonios, le enviaron comisionados con una carta,*

---

3. *Haciéndole consejo de guerra.*

more illôrum erat scriptum, „nisi domum reverterêtur, se cápitis eum damnatûros." Hoc núntio commôtus, sperans se étiam pecúniâ et poténtiâ instans perículum posse depéllere, domum rédiit. Huc ut venit, ab Éphoris in víncula pública conjéctus est. Licet enim légibus eôrum cuívis Éphoro hoc fácere Regi. Hinc tamen se expedívit: neque eò magis carêbat suspiciône. Nam opínio manêbat, eum cum Rege habêre societâtem. Est genus quoddam hóminum, quod Hellôtes vocatur, quorum magna multitûdo agros Lacedaemoniôrum colit, servorúmque múnere fúngitur. Hos quoque sollicitâre spe libertâtis existimabâtur: sed quòd harum rerum nullum erat apértum crímen, quo árgui posset, non putábant de tali, tamque claro viro suspiciónibus oportêre judicári, sed expectándum, dum se ipsa res aperîret.

* Esta carta era la *Escytala* de los Lacedemonios, cuya escritura oculta solo podia leer el sujeto a quien se le enviaba. La descripcion de esta carta puede verse en Aulo Gelio *lib. 17. c. 9.*

*en que segun la costunbre de ellos,* iba escrito, " que si no se volvia a la ciudad, le condenarian a muerte." Conmovjdo con este aviso,* i *teniendo esperanza que con su dinero i poder podria librarse tanbien de aquel peligro que le amenazaba, se volvió a la ciudad. Luego que llegó aquí, fué puesto en la cárcel pública por los Éforos: pues a cualquier Éforo le es permitido, segun sus leyes, hacer esto* aun *con el Rei. Con todo se libró de aqui: pero no por eso estaba libre de la sospecha, pues permanecia la opinion de que tenia él alianza con el Rei. Hai cierta clase de honbres, que se llaman » Elotes," de los cuales una gran multitud cultiva los canpos de Lacedemonia, i hace el oficio de esclavos. A estos tanbien se creia que solicitaba con la esperanza de la libertad: pero por no estar manifiesto* ningun delito de estas cosas, 4 *de que se le pudiese convencer, juzgaban que no se le debia formar causa,* solo *por sospechas, a un honbre de tanto mérito, i tan ilustre; sino aguardar a que la misma cosa por sí se descubriese.*

---

4. *Ninguno de estos crímenes.*

## CAPUT IV.

Interim Argílius quidam adolescéntulus, quem púerum Pausánias diléxerat, acùm epistolam ab eo ad Artabázum accepísset, eîque in suspiciônem venísset, áliquid in ea de se esse scriptum, quòd nemo eòrum rediísset, qui super tali causa eôdem missi erant: víncula epístolae lacerâvit, signôque detrácto, cognôvit, si pertulísset, sibi esse pereúndum. Erant in eâdem epistola, quae ad ea pertinébant, quae inter Regem, Pausaniámque convénerant. Has ille líteras Éphoris trádidit. Non est praetereúnda grávitas Lacedaemoniôrum hoc loco. Nam ne hujus quidem indício impúlsi sunt, ut Pausániam comprehénderent: neque priùs vim adhibéndam putavérunt, quàm se ipse indicásset. Itaque huic índici, quid fieri vellent, praecepérunt.

Fanum Neptúni est Taenari, quod violári nefas putant Graeci. Eò ille index confûgit: in ara consêdit. Hanc juxta,

---

1. *Para Artabazo.*

## CAPITULO IV.

*En este intermedio cierto jóven llamado Arjilio, a quien, cuando niño, habia amado Pausánias, habiendo recibido de este una carta para Artabazo, i entrando en sospecha de que iria escrita en ella alguna cosa de él, por no haber vuelto ninguno de los que habian ido con semejante comision* al mismo lugar;[1] *ronpió la atadura de la carta, i quitado el sello, conoció que hubiera perecido, si la hubiera llevado. Se contenian en la misma carta las cosas que pertenecian a lo que estaba convenido entre el Rei i Pausánias. Arjilio entregó esta carta a los Éforos. No se debe pasar en silencio en este lugar la gravedad de los Lacedemonios: pues ni aun con este indicio se movieron a prender a Pausánias: ni juzgaron que debian usar de la fuerza, hasta que él mismo se* manifestase.[2] *I así le ordenaron a este delator lo que querian que se hiciese.*

*Hai en Ténaro un tenplo de Neptuno, el cual juzgan los Griegos un delito execrable el violarlo. A este lugar se refujió el delator:*

---

2. *Confesase por sí su delito.*

locum fecérunt sub terra, ex quo posset audíri, si quis quid loquerêtur cum Argílio. Huc ex Éphoris quidam descendérunt. Pausánias, ut audîvit Argílium confugísse in aram, perturbâtus eò venit: quem, cùm súpplicem Dei vidêret in ara sedéntem, quaerit, causae quid sit tam repentíni consílii. Huic ille, quid ex líteris comperísset, áperit. Tantò magis Pausánias perturbâtus orâre coepit, ne enuntiâret, nec se méritum de illo óptimè próderet: quòd si eam véniam sibi dedísset, tantísque implícitum rebus sublevásset, magno esse ei praémio futûrum.

## CAPUT V.

His rebus Éphori cógnitis, satiùs putavérunt in urbe eum comprehéndi. Quò cùm essent profécti, et Pausánias, placáto Argílio, ut putâbat, Lacedaémonem reverterêtur; in itínere, cùm jam in eo esset, ut comprehenderêtur, e vultu cujúsdam Éphori, qui eum admonêre cu-

---

3. *Á un honbre que tantos beneficios le habia hecho.*

*se sentó en el altar. Junto a este hicieron una bóbeda debajo de tierra desde la cual se pudiese oir, si alguno hablaba alguna cosa con Arjilio. Bajaron aquí algunos de los Éforos. Pausánias luego que oyó que Arjilio se habia refujiado al tenplo, fué allá sobresaltado : i viéndole sentado sobre el altar inplorando la proteccion del Dios, le pregunta, cuál era la causa de aquella tan repentina resolucion. Él le descubre lo que habia averiguado por la carta. Tanto mas sobresaltado Pausánias, le enpieza a rogar que no descubriese su delito, ni perdiese* a un honbre tan benemérito de él. 3 *Que si le hacia esta gracia, i le salvaba* metido en tantos peligros, 4 *le daria un grande premio.*

## CAPITULO V.

*Los Éforos, enterados* ya *de estas cosas, juzgaron mas acertado prenderle en la ciudad. Adonde habiendo partido* ellos, *i volviendo Pausánias a Lacedemonia, aplacado Arjilio, segun creia ; en el camino, estando ya a punto de ser preso,* conoció *por el senblante de un*

---

4. *Del gran peligro en que se hallaba metido.*

piêbat, insídias sibi fieri intelléxit. Ítaque paucis antè grádibus, quàm qui sequebántur, in aedem Minérvae, quae Chalcioêcus vocâtur, confûgit. Hinc ne exîre posset, statim Éphori valvas ejus aedis obstruxérunt, tectúmque sunt demolíti, quò facíliùs sub dio interîret. Dícitur eo témpore matrem Pausániae vixísse, eámque jam magno natu, postquàm de scélere filii cómperit, in primis, ad fílium claudéndum, lápidem ad introítum aedis attulísse. Sic Pausánias magnam belli glóriam turpi morte maculâvit. Hìc cùm semiánimis de templo elâtus esset, conféstim ánimam efflâvit. Cujus mórtui corpus cùm „eôdem" nonnulli dícerent „ inférri oportêre, quò hi, qui ad supplícium essent dati", displícuit plúribus: et procul ab eo loco infodérunt, in quo erat mórtuus. Inde postériùs Dei Délphi-

* *Calcieco* es palabra griega, que quiere decir *de bronce*. ¿Pero qué era de bronce? ¿El tenplo ó la estatua de Minerva? — Tito Livio dice que el tenplo: Tucídides y los mas de los autores aplican esta palabra a la estatua de la Diosa.

cópiis, quàm ódio tyránni, máximo ánimo, duâbus oneráriis návibus, quinquagínta annórum impérium, munîtum quingéntis longis návibus, decem équitum, centum péditum míllibus, proféctus oppugnâtum; (quod ómnibus géntibus admirábile est visum) ádeo fácilè pérculit, ut post diem tértium, quàm Sicíliam attígerat, Syracúsas introíerit. Ex quo intélligi potest, nullum esse impérium tutum, nisi benevoléntiâ munîtum.

Eo témpore áberat Dionysius, et in Itália classem opperiebâtur, adversariôrum ratus néminem sine magnis cópiis ad se ventûrum: quae res eum feféllit. Nam Dion iis ipsis, qui sub adversárii fúerant potestâte, régios spíritus représsit, totiúsque ejus partis Sicíliae potîtus est, quae sub potestâte Dionysii fúerat: parîque modo urbis Syracusârum, praeter arcem, et ínsulam adjúnctam óppido; eôque rem perdúxit, ut tálibus pactiônibus pacem tyránnus fácere vellet: "Sicíliam Dion obtinêret, Itáliam Dionysius, Syracúsas

*confiado Dion no tanto en sus tropas, como en el odio del tirano, partió con el mayor denuedo con dos naves de carga a atacar un inperio de cincuenta años, defendido con quinientas naves largas con diez mil soldados de a caballo i cien mil de a pie : i lo que pareció admirable a todas las naciones, le derribó tan fácilmente que entró en Siracusa al tercer dia de haber tocado en Sicilia. De donde puede entenderse, que no hai inperio ninguno seguro, como no esté defendido por el amor* de los súbditos.

*Dionisio estaba ausente por aquel tienpo, i aguardaba la escuadra en Italia: persuadido a que ninguno de sus contrarios iria contra él sin un ejército mui numeroso : en lo que se engañó. Pues Dion, con los mismos que habian estado bajo la obediencia de su contrario, abatió el orgullo del tirano : i se apoderó de toda aquella parte de la Sicilia que habia estado bajo el mando de Dionisio : i del mismo modo* se apoderó tanbien *de la ciudad de Siracusa , a escepcion de la fortaleza i la isla inmediata a la ciudad, i puso la cosa en términos que el tirano tubo a bien hacer la paz con estas condiciones : » Que Dion obtubiese la Sicilia, Dionisio la Italia, i Apolocrates,*

Appolócrates", cui máximam fidem uni habêbat Dionysius.

## CAPUT VI.

Has tam prósperas, tamque inopinátas res consecûta est súbita commutátio, quòd fortûna sua mobilitâte, quem paulô ante extúlerat, demérgere est adórta. Primùm in filium, de quo commemorávi suprà, saevítiam suam exércuit. Nam cùm uxôrem reduxísset, quae álii fúerat trádita, filiúmque vellet revocàre ad virtûtem a pérdita luxúria, accêpit gravíssimum parens vulnus morte fílii: deínde orta dissénsio est inter eum, et Heraclîdem: qui quidem principâtum non concédens, factiônem comparâvit: neque is minùs valêbat apud optimátes, quorum consénsu praéerat classi, cùm Dion exércitum pedéstrem tenêret. Non tulit hoc ánimo aequo Dion, et versum illum Homéri rétulit ex secúndâ rhapsódiâ, in quo haec senténtia est: » Non posse benè geri

---

1. *No teniendo.*

*de quien Dionisio hacia particular confianza, Zaragoza.*

## CAPITULO VI.

*A estos sucesos tan prósperos e inopinados se siguió una repentina mudanza; porque la fortuna, por su inconstancia, enpezó a abatir al que poco antes habia elevado. Primeramente enpleó su rigor en el hijo, de quien he hablado arriba. Porque habiendo Dion buelto a su casa, a su mujer, que habia sido entregada a otro, i queriendo reducir al hijo de su vida estragada a la virtud, recibió el padre un golpe terrible en la muerte de su hijo. Despues se orijinó* cierta *discordia entre él i Heraclídes, el cual no concediéndole la superioridad, atrajo partido:* i no tenia [1] *menos autoridad para con los principales, de cuyo consentimiento mandaba la armada, teniendo Dion el mando del ejército de tierra. Dion no llevó en paciencia esto; refiriendo aquel verso de Homero* de la segunda Rapsodia, [2] *en que se contiene esta sentencia: » Que una República no puede estar*

2. *Del segundo libro de la Ilíada.*

rempúblicam multôrum impériis." Quod dictum magna invídia consecûta est. Namque aperuísse videbâtur, se ómnia in sua potestâte esse velle. Hanc ille non lenîre obséquio, sed acerbitâte opprímere stúduit, Heraclidémque, cum Syracúsas venísset, interficiéndum curâvit.

## CAPUT VII.

Quod factum ómnibus máximum timôrem injêcit: nemo enim, illo interfécto, se tutum putâbat. Ille autem, adversário remóto, licéntius eorum bona, quos sciêbat advérsùs se sensisse milítibus dispertîvit. Quibus divísis, cùm quotidiáni máximi fíerent sumtus, celériter pecúnia deésse coepit: neque, quò manus prorrígeret, suppetêbat, nisi amicôrum possessiónes. Id hujúsmodi erat, ut, cùm mílites reconciliásset, amítteret optimátes. Quarum rerum curâ frangebâtur, et insuêtus malè audiéndi, non aequo ánimo ferêbat, de se

---

3. *Estas espresiones le acarrearon grande odio.*
4. *Ser él el absoluto.*

*bien gobernada, mandando muchos."* A este dicho siguió grande odio. 3 *Pues parecia dar a entender en esto que queria* que todo estubiese en su mano. 4 *Este odio no procuró él suavizarlo con la dulzura, sino ahogarlo con el rigor; é hizo dar muerte a Heraclides, cuando llegó a Siracusa.*

## CAPITULO VII.

*Este hecho infundió gran terror en todos: porque, muerto Heraclides, ninguno se juzgaba seguro. I Dion, habiendo quitado del medio a su contrario, repartió con mas libertad entre sus soldados los bienes de aquellos que sabia haber pensado contra él. Repartidos estos, i siendo mui crecidos los gastos que cada dia se hacian, presto comenzó a faltar el dinero: i no habia de que echar mano, sino de las posesiones de sus amigos. Mas esto era de calidad, que perderia a los magnates, cuando se hubiese ganado a los soldados.* El cuidado de estas cosas le quebrantaba.[1] *I no acostunbrado a oir hablar mal de* él, lle-

1. *Esta congoja i sobresalto le traia mui caido de ánimo.*

ab iis malè existimári, quorum paulò antè in coelum fúerat elâtus láudibus. Vulgus autem, offénsa in eum mílitum voluntâte, libérius loquebâtur, *et tyránnum non ferendum* dictitâbat.

## CAPUT VIII.

Haec ille íntuens, cùm, quemádmodum sedâret, nescîret, et quorsum eváderent, timêret; Callícrates quidam, civis Atheniénsis, qui simul cum eo ex Peloponnéso in Sicíliam vénerat, homo et cállidus, et ad fraudem acûtus, sine ulla religiône ac fide, adit ad Diônem, et ait: » eum in magno perículo esse propter offensiônem pópuli, et ódium mílitum: quod nullo modo evitâre posset, nisi alícui suòrum negótium daret, qui se simulâret illi inimîcum: quem si invenísset idóneum, fácilè ómnium ánimos cognitûrum, adversariósque sublatûrum, quòd inimíci ejus dissidénti suos sensus apertúri forent." Tali consílio probáto, éxcipit has partes ipse

2. *No podia sufrir.*
1. *Hacer este papel.*

vaba con inpaciencia [a] *que formasen mal concepto de él aquellos mismos que poco antes le habian levantado hasta el cielo con sus alabanzas. I el vulgo, disgustados los soldados con Dion, hablaba con mas libertad, i decia frecuentemente :* " *Que no se debia sufrir* mas aquel *tirano.*"

## CAPITULO VIII.

*Viendo esto Dion, no sabiendo cómo sosegarlos, i temiendo en qué vendrian a parar* estas cosas; *cierto Calícrates, ciudadano de Aténas, que habia venido juntamente con él del Peloponeso a Sicilia, honbre astuto, i habil para* urdir *un engaño, sin ninguna religion, ni fe, se presenta a Dion, i le dice :* » *Que estaba en grande peligro por el disgusto del pueblo, i el odio de los soldados : el que de ningun modo podia evitar, si no daba el encargo a alguno de los suyos que se fingiese su enemigo : que si lo encontraba apropósito, conoceria fácilmente el modo de pensar de todos, i quitaria del medio a sus contrarios; porque sus enemigos descubririan sus sentimientos al que* considerasen *desafecto* al Rei. *Aprobado este consejo, toma a su cargo* este negocio [1]

Callícrates, et se armat imprudéntiâ Diônis: ad eum interficiéndum sócios conquîrit, adversários ejus cónvenit, conjuratiônem confírmat. Res multis cónsciis, quae gererêtur, elâta refértur ad Aristómachen sorôrem Diônis, uxorémque Aréten. Illae timôre pertérritae, convéniunt, cujus de perículo timébant. At ille negat a Callícrate fíeri sibi insídias, sed illa, quae ageréntur, fíeri praecépto suo. Mulíeres níhilo séciùs Callícratem in aedem Prosérpinae dedúcunt, ac jurâre cogunt, *nihil ab illo perículi fore Dióni*. Ille hac religiône non modò ab incoépto non detérritus, sed ad maturándum concitâtus est, verens, ne priùs consílium suum aperirêtur, quàm conâta perfecísset.

## CAPUT IX.

Hac mente próximo die festo, cùm a convéntu remôtum se Dion domi tenêret, atque in concláve édito recubuísset; cónsciis loca munitiôra oppidi tradit, domum

---

2. *La ignorancia de Dion le da armas contra el mismo.*

3. *Del concurso.*

*el mismo Calícrates*, i se arma con la ignorancia de Dion.[2] *Busca conpañeros para matarle, habla con sus enemigos, i confirma la conjuracion. Esto que se hacia, siendo muchos los que lo sabian, se estiende, i llega a los oidos de Aristomaque, hermana de Dion, i a su mujer Arete. Ellas atemorizadas van a ver a aquel de cuyo peligro temian. Pero él les dice que Calícrates no le pone asechanza; i que lo que se hacia se hacia por orden suya. Las mujeres, no obstante, llevan al tenplo de Proserpina a Calícrates, i le obligan a jurar que de su parte no correria peligro Dion. Mas Calícrates no solo no desistió por la religion* del juramento *de su enpresa; sino que se avivó mas para acelerarla, recelando que se descubriese su designio antes de llevar al cabo sus proyectos.*

## CAPITULO IX.

*En esta inteligencia el próximo dia festivo, estando Dion en su casa, retirado* de la Junta,[3] *i acostado en un cuarto alto*, entregó[4] *a los conjurados los sitios mas fuertes de la ciudad, cercó la casa con guardas, i en-*

---

4. *Señaló.*

custódibus sepit, a fóribus qui non discédant, certos praéficit : navem trirêmem armátis ornat, Philostratòque fratri suo tradit : eámque in portu agitári jubet, ut si exercêre rémiges vellet : cógitans, si fortè consíliis obstitisset fortûna, ut habêret, quâ fúgeret ad salûtem. Suôrum autem e número Zacynthios adolescéntes quosdam éligit, cùm audacíssimos, tum víribus máximis : hisque dat negótium, ut ad Diônem eant inérmes, sic uti conveniéndi ejus grátiâ videréntur venîre. Hi propter notítiam sunt intromíssi. At illi, ut limen ejus intrárunt, fóribus obserátis, in lecto cubántem invádunt; cólligant : fit strépitus ádeo, ut exaudíri posset foris. Hîc, sicut ante dictum est, quàm invîsa sit singulâris poténtia, et miseranda vita, qui se métui, quam amári malunt, cuîvis fácilè intelléctu fuit. Namque illi ipsi custódes, si propítiâ fuíssent voluntâte, fóribus effráctis, servâre eum potùíssent, quòd illi inérmes telum foris flagitántes vivum tenébant. Cui cùm succúrreret nemo, Lyco quidam Sy-

5. *Los de adentro como que estaban sin armas.*

*cargó a sujetos de su confianza, que no se apartasen de las puertas: prepara con tropa armada una galera de tres remos* por vanda, *i la entrega a su hermano Filostrato: i manda que la tenga en movimiento en el puerto; como que queria ejercitar a los remeros: pensando, si acaso la suerte se oponia a sus designios, tener en que huir para salvar la vida. Elije del número de los suyos unos jóvenes de la isla de Zante, de mucho arrojo, i de mui grandes fuerzas: i a estos les encarga que vayan a casa de Dion sin armas; de modo que pareciese que iban a hablarle. A estos les dan entrada, por ser conocidos. Mas ellos luego que entraron del umbral* adentro, *habiendo cerrado las puertas, le acometen acostado en la cama. Le atan, se hace ruido, de modo que podia oirse de la parte de afuera. Aqui pudo entender cualquiera fácilmente, como se ha dicho antes, qué aborrecido es el poder de uno solo, i* qué *miserable la vida de los que quieren mas ser temidos que amados. Pues los mismos guardas, si le hubieran querido bien, le hubieran podido salvar, ronpiendo las puertas. Pues* aquellos sin armas 5 *le tenian vivo, pidiendo de afuera alguna arma. I no socorriéndole nadie, cierto Lico de Zaragoza*

racusânus per fenéstras gládium dedit, quo Dion interféctus est.

## CAPUT X.

Confécta caede, cùm multitûdo viséndi grâtiâ introísset, nonnúlli ab insciis pro noxiis concidúntur: nam céleri rumôre diláto, Dióni vim allâtam, multi concúrrerant, quibus tale fácinus displicêbat. Hi falsâ suspiciône ducti, immeréntes ut scelerátos occídunt. Hujus de morte ut palàm factum est, mirabíliter vulgi mutâta est volúntas. Nam qui vivum eum *tyrannum* vocitárant, eúndem *liberatôrem pátriae, tyrannîque expulsôrem* praedicábant. Sic súbitò misericórdia ódio succésserat, ut eum suo sánguine, si possent, ab Acherónte cúperent redímere. Itaque in urbe, celebérrimo loco elâtus, públicè sepúlcri monuménto donâtus est. Diem óbiit círciter annos quinquagínta quinque natus, quartum post annum quàm ex Peloponnéso in Siciliam redíerat.

---

1. *Restituirle a la vida, aunque fuese a costa de la suya.*

*les dió por la ventana una espada, con que fue muerto Dion.*

## CAPITULO X.

*Ejecutada la muerte, i habiendo entrado muchos a verle; los que no estaban enterados dan muerte a algunos* que no tenian culpa *en lugar de los culpados. Pues habiendo corrido pronto la voz que habian asesinado a Dion, habian concurrido muchos a quienes desagradaba semejante hecho. Estos, llevados de falsas sospechas, dan muerte a inocentes como si fuesen culpados. Luego que se hizo pública la muerte de Dion, se canbió maravillosamente la voluntad del vulgo. Pues los que vivo le habian llamado »tirano," a este mismo le apellidaban » libertador de la patria, i espulsor del tirano." De suerte habia sucedido de repente la conpasion al odio, que quisieran, si pudiesen,* rescatarle con su sangre del Aqueronte.[1] *I asi le llevaron a enterrar, i colocaron en un magnífico sepulcro costeado por el pueblo, en el sitio mas público de la ciudad. Murió cerca de los cincuenta i cinco años de su edad, cuatro años despues de haber vuelto del Peloponeso.*

# IPHICRATES.

## CAPUT I.

Iphícrates Atheniénsis non tan magnitúdine rerum gestârum, quàm disciplína militári nobilitâtus est. Fuit enim talis dux, ut non solùm aetâtis suae cum primis compararêtur, sed ne de majóribus natu quidem quisquam anteponerêtur. Multùm verò in bello versâtus, saepè exercítibus praéfuit: nunquam culpâ sua malè rem gessit, semper consílio vicit; tantúmque eo váluit, ut multa in re militári partim nova attúlerit, partim meliôra fécerit. Namque ille pedéstria arma mutâvit, cùm ante illum imperatôrem máximis clypeis, brévibus hastis, minútis gládiis uteréntur. Ille è contrário peltam pro parma fecit, (a quo póstea *peltástae* pédites appellántur) ut ad motus concursúsque essent leviôres: hastae modum duplicâvit, gládios longióres fecit.

---

1. *No le tenian por inferior a ninguno de los pasados.*

# *IFICRATES.*

## CAPITULO I.

*Ifícrates, natural de Aténas, fue célebre no tanto por la grandeza de sus hechos, como por su instruccion en el arte militar. Porque fue un Jeneral tan consumado, que no solo le comparaban con los principales de su tienpo, sino que* ninguno de los pasados era antepuesto a él.[1] *Se versó mucho en la guerra: mandó muchas veces ejércitos: jamas se perdió accion por culpa suya: sienpre venció por su talento: i fue en este tan aventajado, que muchas cosas en el arte militar, unas las inventó de nuevo, i otras las mejoró. Pues mudó las armas de los soldados de a pie, usándose, antes que él fuese Jeneral, de escudos mui grandes, picas cortas i espadas pequeñas. I él por el contrario introdujo la pelta* * *en lugar de la parma* * *( por lo cual los soldados de a pie se llamaron » peltastas" ) para que estubiesen mas ágiles para las evoluciones i ataques; duplicó el tamaño de las picas; i las*

---

* *La* pelta *es un escudo en forma de media luna; i la* parma *otro de figura redondo.*

Idem genus loricârum mutâvit, et pro fér-
reis atque aéneis línteas dedit. Quo facto
expeditióres mílites réddidit; nam pónde-
re detrácto, quod aequè corpus tégeret,
et leve esset, curâvit.

## CAPUT II.

Bellum cum Thrácibus gessit: Seuthem
sócium Atheniénsium in regnum restítuit.
Apud Corínthum tantâ severitâte exercítui
praéfuit, ut nullae unquam in Gráecia ne-
que exercitatióres cópiae, neque magis dic-
to audiéntes fúerint duci: in eámque con-
suetúdinem addúxit, ut cùm praélii si-
gnum ab imperatôre esset datum, sine du-
cis óperâ sic ordinátae consísterent, ut sín-
guli a peritíssimo imperatôre dispósiti vi-
deréntur. Hoc exércitu moram Lacedaemo-
moniôrum intercêpit: quòd maximè totâ
celebrâtum est Graécia. Iterum eôdem bel-
lo omnes cópias eôrum fugâvit; quo fac-
to magnam adéptus est glóriam. Cùm Ar-
taxérxes AEgyptio Regi bellum inférre vó-
luit, Iphícratem ab Atheniénsibus petívit

---

* *La* Mora *era un cuerpo de tropas de los La-*

*espadas las hizo mas largas. Tanbien mudó la clase de cotas; i en lugar de las de hierro i de bronce las dió de lino. Con lo cual dejó mas desenbarazados a los soldados : pues quitado el peso, proporcionó cosa que igualmente defendiese el cuerpo, i fuese mas lijera.*

## CAPITULO II.

*Hizo guerra a los Tracios : restableció en su reino a Seutes, aliado de los Atenienses. Mandó el ejército junto a Corinto con tanta severidad, que jamas hubo en la Grecia tropas ni mas ejercitadas, ni mas obedientes a las órdenes de sus Jefes : i las acostunbró de modo que cuando el Jeneral hacia la señal para el conbate, sin el trabajo de este, se ponian tan bien ordenadas, que parecia haber sido colocados uno por uno por un Jefe mui instruido. Con este ejército cortó la Mora * de los Lacedemonios; cosa que fue mui celebrada en toda la Grecia. Otra vez puso en fuga en la misma guerra sus tropas. Cuando Artajerjes determinó hacer guerra al Rei de Egipto, les pi-*

---

*cedemonios, que peleaban a pie firme en formacion mui apiñados. Su número no se sabe con certeza; pues se cuenta de 500 — 700 — i — 900.*

ducem, quem praefíceret exercítui conductítio, cujus númerus duódecim míllium fuit. Quem quidem sic omni disciplínâ militári erudîvit, ut, quemádmodum quondam *Fabiáni* mílites Románi appelláti sunt, sic *Iphicraténses* apud Graecos in summa laude fúerint. Idem subsídio Lacedaemóniis profectus, Epaminóndae retardâvit ímpetum: nam, nisi ejus advéntus appropinquásset, non prius Thebáni Spartâ abscessíssent, quàm captam incéndio deléssent.

## CAPITULO III.

Fuit autem et ánimo magno, et córpore, imperatoriâque formâ, ut ipso aspéctu cuívis injíceret admiratiônem sui. Sed in labôre remíssus nimis, parúmque pátiens, ut Theopómpus memóriae pródidit; bonus verò civis, fidêque magna: quòd cùm in áliis rebus declarâvit, tum máximè in Amyntae Macédonis líberis tuéndis.

*dió a los Atenienses a Ifícrates para Jeneral, a quien encargar el ejército a sueldo, cuyo número era de doce mil : a esta tropa la instruyó de manera en toda la ciencia militar, que como en otro tienpo se llamaron "Fabianos" los soldados Romanos, del mismo modo los Ificratenses fueron mui alabados entre los Griegos. Habiendo ido tanbien Ifícrates al socorro de los Lacedemonios, detubo la rapidez de Epaminondas : pues los Tebanos, a no haberse acercado la llegada de Ifícrates, no se hubieran apartado de Esparta hasta haberla tomado*, i destruido con el fuego. [1]

## CAPUT III.

*Fue Ifícrates de grande alma i cuerpo, i de una presencia de Jeneral; que solo con su aspecto infundia a cualquiera admiracion de sí : pero en el trabajo mui flojo, i poco sufrido, segun escribe Teoponpo; pero buen ciudadano, i de mucha fidelidad : lo que manifestó tanto en otras cosas, como principalmente en la proteccion de los hijos de Amintas, Ma-*

2. *I haberla reducido a cenizas.*

Namque Eurydice mater Perdíccae et Philíppi, cum his duôbus púeris, Amyntâ mórtuo, ad Iphícratem confûgit, ejúsque ópibus defénsa est. Vixit ad senectûtem, placátis in se suôrum cívium ánimis. Causam cápitis semel dixit bello sociáli simul cum Timótheo, eôque judício est absolûtus. Menésthea fílium relîquit ex Tressa, Coti Regis fíliâ. Is cùm interrogarêtur, *utrum pluris patrem, matrémve fáceret*; *matrem*, inquit. Id cùm ómnibus mirum viderêtur; at ille, *mérito*, inquit, *fácio. Nam pater, quantum in se fuit, Thracem me génuit; contra ea mater Atheniénsem.*

# CHABRIAS.

## CAPUT I.

Chábrias Atheniénsis. Hic quoque in

---

1. *Este le defendió con su poder.*

2. *Sin que en este tienpo sus ciudadanos hubiesen tenido el mas leve disgusto con él.*

*cedonio. Pues, muerto Amintas, Eurídice, madre de Perdícas i de Filipo, se acogió con estos dos hijos a Ifícrates, i* fue defendida con el poder de este.[1] *Vivió hasta la vejez,* aplacados para con él los ánimos de sus ciudanos.[2] *Solo una vez* se defendió [3] *en causa capital en la guerra social juntamente con Timoteo, i salió absuelto en este juicio. Dejó un hijo* llamado *Menesteo de una natural de Tracia, hija del Rei Cótis. A este preguntándole » a quién estimaba mas, si a su padre o a su madre," respondió »que a su madre."* I pareciendo esto cosa admirable a todos [4], *les dijo : » Pues con razon lo hago. Porque mi padre cuanto estubo de su parte me hizo Tracio, i mi madre por el contrario Ateniense.*

# *CABRIAS.*

## CAPITULO I.

Cábrias fue *natural de Aténas. Este tan-*

---

3. *Tubo que defenderse.*
4. *I admirándose todos de esta respuesta.*

summis hábitus est dúcibus, resque multas memóriâ dignas gessit. Sed ex his elûcet máximè invéntum ejus in praélio, quod apud Thebas fecit, cùm Beótiis subsídio venísset. Namque in eâ victóriâ fidénte súmmo duce Agesiláo, fugâtis jam ab eo conductítiis catérvis, réliquam phalángem loco vétuit cédere; obnixòque genu scuto, projéctaque hastâ, ímpetum excípere hóstium dócuit. Id novum Agesilâus cóntuens, prógredi non est ausus, suósque jam incurréntes tubâ revocâvit. Hoc usqueeò totâ Graécia famâ celebrâtum est, ut illo statu Chábrias sibi státuam fíeri volúerit, quae públicè ei ab Atheniénsibus in foro constitûta est. Ex quo factum est, ut póstea athlétae, ceteríque artífices his státibus in státuis ponéndis uteréntur, in quibus victóriam essent adépti.

*bien ha sido tenido por uno de los mas grandes Jenerales, e hizo cosas dignas de memoria. Pero de estas es la mas célebre su invencion en la batalla que dió junto a Tebas, habiendo ido al socorro de los Beocios. Pues en esta, confiando en la victoria el grande Jeneral Ajesilao, habiendo puesto ya en fuga este las tropas a sueldo, no permitió que lo demas de la falange se separase del puesto, i les enseñó a recibir el ataque de los enemigos con el escudo apoyado en la rodilla, i la pica estendida hácia delante. Ajesilao, al ver esta novedad, no se atrevió a pasar adelante; i tocando a retirada hizo volver a los suyos que ya abanzaban.* Esto [1] *se celebró tanto en toda la Grecia* por la fama,[2] *que quiso Cábrias que se le levantase una estatua en aquella postura; la que le pusieron los Atenienses en la plaza, costeada por el público. De aqui resultó el que despues los athletas, i demas artífices usasen, cuando se les erijian estatuas, de aquellas posturas en que habian conseguido la victoria.*

---

1. *Esta invencion.*
2. *Estendida la noticia.*

## CAPUT II.

Chábrias autem multa in Európa bella administrâvit, cùm dux Atheniénsium esset; multa in AEgypto suâ sponte gessit: nam, Nectánebum adjûtum proféctus, regnum ei constituit. Fecit idem Cypri, sed públicè ab Atheniénsibus Evágorae adjûtor datus, neque priùs inde discéssit, quàm totam ínsulam bello devínceret: qua ex re Atheniénses magnam glóriam sunt adépti. Interim bellum inter AEgyptios et Persas conflâtum est. Atheniénses cum Artaxérxe societâtem habébant; Lacedaemónii cum AEgyptiis; à quibus magnas praedas Agesilâus Rex eôrum faciêbat. Id íntuens Chábrias, cùm in re nulla Agesiláo céderet, suâ spónte eos adjûtum proféctus, AEgyptiae classi praéfuit: pedéstribus cópiis Agesilâus.

## CAPUT III.

Tum praeLfécti Regis Pérsiae legátos mi-

---

1. *Mandando en Jefe de orden de los Atenienses.*
2. *De esta isla.*

## CAPITULO II.

*Cábrias hizo muchas guerras en Europa,* siendo Jeneral de los Atenienses: [1] *i muchas de su voluntad en Egipto; pues habiendo ido a ayudar a Nectanebo, le aseguró el reino. Lo mismo hizo en Chipre; pero nonbrado por los Atenienses por conpañero de Evágonas por decreto del pueblo: i no se retiró* de aquí [2] *hasta haber sujetado con las armas toda la isla: de lo cual adquirieron grande gloria los Atenienses. Entretanto se encendió guerra entre los Egipcios i los Persas. Los Atenienses tenian alianza con Artajerjes: los Lacedemonios con los Egipcios, de los cuales Ajesilao, Rei de Lacedemonia, sacaba bastante interes. Viendo esto Cábrias, i no cediendo en nada a Ajesilao, fue voluntariamente* a ayudarlos; 3 *i mandó la escuadra Egipcia: i las tropas de tierra Ajesilao.*

## CAPITULO III.

*Entonces los Jenerales del Rei de Persia*

---

3. *A ayudar a los Egipcios.*

sérunt Athénas questum, quòd Chábrias advérsùm Regem bellum géreret cùm AEgyptiis. Atheniénses diem certam Chábriae praestituérunt, *quam ante domum nisi rediísset, cápitis se illum damnatúros* denuntiárunt. Hoc ille núntio Athénas rédiit, neque ibi diútiùs est morâtus, quàm fuit necésse. Non enim libénter erat ante óculos cívium suôrum: quòd et vivêbat lautè, et indulgêbat sibi liberáliùs, quàm ut invídiam vulgi posset effúgere. Est enim hoc commûne vítium in magnis liberísque civitátibus, ut invídia gloriae comes sit, et libénter de his détrahant, quos eminêre vídeant áltiùs: neque ánimo aequo páuperes aliênam opuléntium intuúntur fortûnam. Itaque Chábrias, quoad ei licêbat, plúrimum áberat. Neque verò solus ille áberat Athénis libénter, sed omnes ferè príncipes fecérunt idem, quòd tantùm se ab invídia putábant abfutúros, quantùm a conspéctu suôrum recessísent. Itaque Conon plúrimùm Cypri vixit, Iphícrates in Thrácia, Timótheus Lesbi, Cha-

1. *Podia.*

enviaron enbajadores a Aténas, quejándose de que Cábrias le hacia guerra al Rei en favor de los Egipcios. Los Atenienses señalaron a Cábrias cierto término dentro del cual, si no se volvia a su casa, le intimaban que le condenarian a muerte. En fuerza de esta orden volvió a Aténas, i no se detubo allí mas tienpo que el que fue necesario. Porque no estaba gustoso a la vista de sus ciudadanos, por vivir con mas esplendor, y dar suelta a su genio con mas libertad, que lo que debiera, para poder librarse del odio del vulgo. Pues es este un vicio comun en las grandes i libres ciudades, ser la envidia conpañera de la gloria, i el murmurar con gusto de aquellos que ven que sobresalen: no pudiendo los pobres mirar con buenos ojos la fortuna ajena de los poderosos. Por este motivo Cábrias, en cuanto le era permitido [1] estaba ausente por lo comun. I no solo él estaba fuera de Aténas gustosamente, sino casi todos los demas sujetos principales hicieron lo mismo, persuadidos que tanto estarian distantes de la envidia cuanto estubiesen lejos de la vista de los suyos. Así Conon el mas del tienpo vivió en Chipre, Ifícrates en Tracia, Timóteo en Lesbos, i Cares en Sijeo. Cares fue dese-

res in Sigaéo. Dissímilis quidem Chares eôrum factis et móribus, sed tamen Athénis et honorâtus, et potens.

## CAPUT IV.

Chábrias autem périit bello sociáli tali modo. Oppugnábant Atheniénses Chium: erat in classe Chábrias privâtus, sed omnes, qui in magistrátu erant, auctoritâte anteîbat, eúmque magis mílites, quàm qui praéerant, aspiciébant. Quae res ei maturâvit mortem; nam, dum primus studet portum intrâre, et gubernatôrem jubet eò dirígere navem, ipse sibi perniciéi fuit. Cùm enim eò penetrásset, céterae non sunt secútae. Quo facto circumfûsus hóstium concúrsu, cùm fortíssimè pugnâret, navis rostro percússa, coepit sídere. Hinc refúgere cum posset, si se in mare dejecísset, quòd súberat classis Atheniénsium, quae excíperet natántem; perîre máluit, quàm, armis abjéctis, navem relínquere, in qua fúerat vectus. Id céteri fácere noluérunt, qui nando

2. *Inferior a estos.*

mejante a estos [a] *en hechos i costunbres; pero, sin enbargo, honrado i poderoso en Aténas.*

## CAPITULO IV.

*Mas murió Cábrias en la guerra social de este modo. Los Atenienses atacaban a Quio: estaba Cábrias en la armada de particular; pero tenia mas autoridad que todos los que estaban en mando; i le miraban los soldados mas que a los que mandaban. Lo cual le aceleró la muerte. Pues procurando entrar él el primero en el puerto, i mandándole al piloto dirijir allá la nave, él mismo se acarreó su ruina. Porque habiendo entrado en el puerto, no le siguieron las demas naves. Por lo cual rodeado de un gran número de enemigos, peleando con el mayor esfuerzo, fue herida su nave* con el espolon,[1] *i enpezó a sumerjirse. Pudiendo escaparse de aqui arrojándose al mar, pues estaba cerca la escuadra de los Atenienses que le recojeria nadando, quiso mas perecer que, arrojadas las armas, abandonar la nave en que habia sido llevado. Esto no lo quisieron hacer los demas, los cuales* lle-

---

1. *De un golpe de espolon* de la nave contraria.

in tutum pervenérunt. At ille praestâre honéstam mortem exístimans turpi vitae, cóminùs pugnans, telis hóstium interféctus est.

# TIMOTHEUS.

## CAPUT I.

Timótheus, Cononônis fílius, Atheniénsis. Hic a patre accéptam glóriam multis auxit virtútibus. Fuit enim disértus, ímpiger, laboriôsus, rei militâris perîtus, neque minùs civitâtis regéndae. Multa hujus sunt praeclárè facta, sed haec máximè illústria. Olynthios, et Byzántios bello subêgit. Samum cepit; in qua oppugnánda superiôre bello Atheniénses mille et ducénta talénta consúmserant. Id ille sine ulla pública impénsa pópulo restítuit. Advérsùs Cotym bella gessit, ab eôque mille et ducénta talénta praedae in públicum rétulit. Cyzicum obsidiône liberâvit. Ariobarzáni simul cum Agesiláo auxílio proféctus est: a quo cùm Laco pecúniam numerâtam accepisset, ille ci-

1. *Se salvaron.*

garon a lugar seguro [1] *nadando. Pero él, juzgando que es mejor una muerte honrosa que una vida sin honor, peleando de cerca, fue muerto con los tiros de los enemigos.*

# *TIMOTEO.*

## CAPITULO I.

*Timoteo, hijo de Conon, fue natural de Aténas. Este aumentó con sus muchas virtudes la gloria que habia heredado de su padre. Pues fue elocuente, activo, laborioso, instruido en el arte militar, i no ménos en el gobierno de la ciudad. Muchos son los hechos heroicos de este; pero los mas ilustres* son *estos. Sujetó con la guerra a los Olintios i a los Bizancios. Tomó a Samos, en cuyo sitio habian gastado los Atenienses en la guerra anterior mil i doscientos talentos.* I él los restituyó [2] *al pueblo sin ningun gasto público. Hizo guerra al Rei Cótis, i entró en el erario público mil i doscientos talentos del botin* de él.[3] *Libertó del sitio a Cízico. Fue al socorro de Ariobarzanes, juntamente con Age-*

---

2. *I esta cantidad él la restituyó.*
3. *Que de él habia hecho.*

ves suos, agro atque úrbibus augéri máluit, quàm id súmere, cujus partem domum suam ferre posset. Itaque accèpit Critóthen, et Sestum.

## CAPUT II.

Idem classi praeféctus circúmvehens Peloponnêsum, Lacónicam populâtus, classem eôrum fugâvit. Córcyram sub impérium Atheniénsium redêgit: sociósque idem adjúnxit Epirótas, Athamánas, Cháonas, omnésque eas gentes, quae mare illud ádjacent. Quo facto Lacedaemónii de diútina contentiône destitérunt, et sua sponte Atheniénsibus impérii marítimi principâtum concessérunt, pacémque his légibus constituérunt, *ut Atheniénses mari duces essent.* Quae victória tantae fuit Atticis laetítiae, ut tum primùm arae Pa-

---

1. *Ajesilao.*
2. *Efectivo.*

* Son dos ciudades junto al Helesponto. La primera en el Quersoneso Taúrico: i la otra fren-

*silao*: *i habiendo recibido* el Lacedemonio [1] de *Ariobarzanes dinero* contado, [2] *Timoteo quiso mas que sus ciudadanos se enriqueciesen con tierras i ciudades, que tomar cosa de que pudiese llevar parte a su casa. I asi tomó a Critote i a Sestos.**

## CAPITULO II.

*Este mismo, siendo Comandante de la escuadra, dando vuelta al Peloponeso, asoló la Lacedemonia, i puso en fuga su escuadra. Redujo al poder de los Atenienses a Córcira; i agregó por aliados a los Epirotas, Atamanas, Caonas, i a todas aquellas naciones que habitan junto al mar. Con esto los Lacedemonios desistieron de su larga conpetencia, i de su voluntad cedieron a los Atenienses el señorío del mar: e hicieron la paz con estas condiciones: » Que los Atenienses fuesen los Jenerales de mar."* [3] *Esta victoria fue de tan-*

---

te de Abidos. (Algunos en lugar de *Crithoten* escriben *Erichthonem*.)

3. I los Lacedemonios lo fuesen de tierra: *como añade Diodoro Sículo.*

ci públicè sint factae, eîque Deae pulvînar sit institûtum. Cujus láudis ut memória manêret, Timótheo públicè státuam in foro posuérunt: qui honos huic uni ante hoc tempus cóntigit, ut, cùm patri pópulus státuam posuísset, fílio quoque daret. Sic juxtà pósita recens fílii véterem patris renovâvit memóriam.

## CAPUT III.

Hic cùm esset magno natu, et magistrâtus gérere desiísset, bello Atheniénses úndique premi sunt coepti. Defécerat Samus: desíerat Hellespóntus: Philíppus jam tum valens Mácedo multa moliebâtur: cui oppósitus Chares cùm esset, non sa-

---

1. *I para perpetuar la memoria de esta accion gloriosa.*
2. *Hasta entonces.*
3. *Timoteo.*
4. *I retirado del gobierno de la República.*

*ta alegría para los Atenienses, que entonces por la primera vez se erijieron altares por decreto del pueblo a la Paz, i se le puso lecho a esta Diosa.* I para que permaneciese la memoria de este hecho laudable,[1] *levantaron una estatua, por acuerdo del pueblo, a Timoteo: honor que solo a él se le hizo* hasta aquel tiempo:[2] *que habiéndole el pueblo levantado estatua al padre, se la concedió tanbien al hijo. De este modo la nueva* estatua, *colocada junto, renovó la antigua memoria del padre.*

## CAPITULO III.

*Siendo* este[3] *de edad avanzada,* i habiendo dejado de ejercer magistrados,[4] *enpezaron los Atenienses a ser apretados de todas partes con guerra. Samos habia faltado a la obediencia: el Helesponto se habia rebelado: Filipo Macedonio, ya entonces pujante,* maquinaba[5] *muchas cosas.* I habiendo sido opuesto a éste Cáres,[6] no parecia que

---

5. *Proyectaba.*

6. *I habiendo los Atenienses señalado, para contrarrestar a Filipo, a Cares.*

tis in eo praesídii putabâtur. Fit Menéstheus praetor, fílius Iphícratis, gener Timóthei, et, ut ad bellum proficiscâtur, decérnitur. Huic in consílium dantur duo usu, sapiéntiâque praestántes, pater et socer, quòd in his tanta erat auctóritas, ut magna spes esset, per eos amíssa posse recuperári.

Hi cùm Samum profécti essent, et eôdem Chares, advéntu eôrum cógnito, cum suis cópiis proficiscerêtur, ne quid absénte se, gestum viderêtur; áccidit, cum ad ínsulam appropinquárent, ut magna tempéstas orirêtur: quam evitâre duo véteres imperatóres útile arbitráti, suam classem suppressérunt. At ille temeráriâ usus ratiône, non cessit majôrum natu auctoritáti; et, ut si in suâ navi esset fortûna, quò conténderat, pervênit: eodémque ut sequeréntur, ad Timótheum, et Iphícratem núntium misit. Hinc, malè re gesta,

---

5. *Conocieron que en él no habia la fuerza suficiente.*

6. *Le agregan.*

habia en él la suficiente defensa.5 *Se nonbra Jeneral a Menesteo, hijo de Ifícrates, i yerno de Timoteo.* A este le dan [6] *por consejeros dos sugetos aventajados en esperiencia i ciencia; el padre i el suegro* : por haber en estos tanta autoridad, 7 *que tenian grande esperanza de poder recobrar por su medio lo que habian perdido.*

*Habiendo partido estos para* la isla de *Samos, i dirigiéndose tanbien al mismo lugar con sus tropas Cáres, luego que tubo noticia de la partida de ellos, porque no se viese que se habia hecho alguna cosa, estando él ausente; sucedió que al acercarse a la isla se levantó un tenporal mui fuerte : el que juzgando util los dos antiguos Jenerales evitar, anclaron su escuadra.* Pero él, [8] *llevado de su temeridad, no cedió a la autoridad de los dos ancianos : i como si fuese en su nave la fortuna, llegó adonde se habia dirijido : i envió aviso a Timoteo, i a Ifícrates, que le siguiesen al mismo lugar. De aqui, habiéndole salido mal la enpresa, se volvió al*

---

7. *Haciendo el pueblo tan alto concepto de ellos.*
8. *Menesteo.*

complúribus amíssis návibus, eôdem, unde erat proféctus, se recêpit, literásque Athénas públicè misit, *sibi proclîve fuísse Samum cápere, nisi a Timótheo et Iphícrate desértus esset.* Ob eam rem in crimen vocabántur. Pópulus acer, súspicax, móbilis, adversárius, ínvidus étiam poténtiae, domum révocat: accusántur proditiônis Hoc judício damnâtur Timótheus, lisque ejus aestimâtur centum taléntis. Ille ódio ingrátae civitâtis coáctus, Chálcidem se cóntulit.

## CAPUT IV.

Hujus post mortem cùm pópulum judícii sui poenitêret, multae novem partes detráxit, et decem talénta Conônem fílium ejus ad muri quamdam partem reficiéndam jussit dare: in quo fortúnae variétas est animadvérsa. Nam quos avus Conon muros ex hóstium praeda pátriae restitúerat, eósdem nepos, cum summa ignomínia fa-

---

9. *I que no miraba con buenos ojos a los que sobresalian en poder.*

1. *De la muerte de Timoteo.*

*mismo paraje, de donde habia partido; perdidas muchas naves: i escribió a Aténas al gobierno: „ Que le habia sido fácil tomar a Samos, si no hubiera sido abandonado por Timoteo e Ifícrates." Con este motivo los acrimina. El pueblo de genio áspero, suspicaz, lijero, enemigo* i envidioso del poder,9 *les retira a la ciudad, i son acusados de traicion. En este juicio fue condenado Timoteo, i la causa se tasó en cien talentos. Él, obligado del odio de su ingrata ciudad, se retiró a Cálcide.*

## CAPITULO IV.

*Despues* de su muerte,[1] *arrepintiéndose el pueblo* de su juicio,[2] *quitó a la multa nueve partes, i mandó que diese su hijo Conon diez talentos, para reparar cierta parte de la muralla: en lo cual se vió la variedad de la fortuna. Pues los muros que su abuelo Conon habia restituido a la patria con la presa de los enemigos, esos mismos el nieto*

2. *De la sentencia que habia dado* (contra Timoteo.)

miliae, ex sua re familiári reficcre coáctus est. Timóthei autem moderátae sapientísque vitae cùm pléraque possîmus proférre testimónia, uno érimus conténti, quòd ex eo fácilè cónjici póterit, quàm carus suis fúerit.

Cùm Athénis adolescéntulus causam díceret, non solùm amíci, privatîque hóspites ad eum defendéndum convenérunt, sed étiam in eis Iason tyránnus, qui illo témpore fuit ómnium potentíssimus. Hic cùm in pátria sine satellítibus se tutum non arbitrarêtur, Athénas sine ullo praesídio venit: tantîque hóspitem fecit, ut mallet se cápitis perículum adîre, quàm Timótheo de fama dimicánti deésse. Hunc advérsùs tamen Timótheus póstea pópuli jussu bellum gessit, patriaéque sanctiôra jura, quàm hospítii esse duxit. Haec extrêma fuit aetas Imperatôrum Atheniénsum, Iphícratis, Chábriae, Timóthei: neque post illôrum óbitum, quisquam dux in illa urbe fuit dignus memóriâ.

*se vió obligado a repararlos de su propio caudal con grande afrenta de la familia. Pudiendo presentar muchas pruebas de la moderada i sabia conducta de Timoteo, nos contentarémos con una sola; pues por esta fácilmente se podrá colegir cuán amado fue de los suyos.*

*Cuando, siendo jóven, tubo que hacer su defensa en Aténas, se juntaron a defenderle no solo sus amigos i huéspedes particulares, sino aun entre ellos el tirano Jason, que fue el mas poderoso de todos en aquellos tienpos. Este, que no se tenia por seguro en su patria sin guardias, fue a Aténas sin ninguna escolta; i apreció tanto a su huesped, que quiso mas esponerse al peligro de perder la vida que faltarle a Timoteo, cuya buena opinion peligraba. Con todo esto, despues hizo guerra contra él Timoteo por órden del pueblo, juzgando mas sagrados los derechos de la patria que los de la hospitalidad. Esta fue la última edad de los Jenerales Atenienses Ifícrates, Cábrias i Timoteo; ni despues de la muerte de estos hubo en aquella ciudad Jeneral alguno digno de memoria.*

*Se halla de venta esta obra, juntamente con el Aurelio Victor, i la Gramática latina i la castellana del mismo Autor, con el Plan de enseñanza de su Academia i Casa de Educacion, en Madrid en las librerías de Cruz i Miyar, en Sevilla en las de calle Génova, en Cádiz en la de Zaragoza, i en Granada en la de Martinez.*

Se halla de venta esta obra, juntamente con el [illegible], y la Gramática latina y castellana del mismo Autor, y en el Plan de enseñanza de su Academia, Casa de Educacion, en Madrid en las librerías de [illegible], en Sevilla en las de [illegible] [illegible], en [illegible] Zaragoza, en Granada en la de [illegible].

